Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

tate nati. audimus quidem esse celestem patriam. audimus
et esse angelos dei. audimus esse de angelis socios spiritus iustos
perfectos. Sed carnales quique quia illa inuisibilia
scire non ualent. per experimentum dubitant utrum ne sint
quod corporalibus oculis non uident. Que nimirum dubi
tatio primo parentum nostrorum esse non potuit. qui a exclusus
a paradisi gaudiis. hoc quod amiserat. quem uiderat
recolebat. Hi autem sentire et recolere audita non pos
sent. quia esse nullum sicut ille statum deperditum experi
mentum tenent. Ac si enim pregnans mulier mittatur
in carcerem. ibique puerum pariat. qui natus puer in car
cere nutriatur et crescat. Cui si fortasse mater que
hunc genuit. solem. lunam stellas. montes et campos. uo
lantes aues. currentes equos nominet. ille uidelicet qui e in car
cere natus et nutritus nihil aliud quam tenebras carce
ris sciat. Et hec quidem esse audiat. sed quia ea per experi
mentum non nouit. uerum esse diffidat. Ita in hac exilis sum
ce certate nati homines dum esse summa et inuisibilia audiunt.
diffidunt an uera sint. Quia sola hec infima in quibus